Musici scriptores graeci

Aristotle, Euclid, Alypius, Bacchius (senior.), ...

Digitized by Google

ML
167
.J33

Digitized by Google

Digitized by Google

MUSICI SCRIPTORES GRAECI.

1. 2. 317

RECOGNOVIT PROOEMIIS ET INDICE INSTRUXIT

CAROLUS JANUS

LUD. FIL.

Jan, Karl von, 1836-1914, ed.

SUPPLEMENTUM,
MELODIARUM RELIQUIAE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCIX.

Digitized by Google

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Digitized by Google

Vix musicorum doctrinae et carmina e typographorum officina prodierant, cum alter hymnus, quem poeta Atheniensis composuerat ad Apollinis Pythici laudes celebrandas, detectus est et in publicum editus. Quem autem prius ediderant hymnum Atheniensem, is cognito vero lapidum ordine faciem tum et figuram mutavit. Sicili autem epigramma, quod iusto exitu privatum antea legeramus, finali sono invento veram clausulam accepit. His igitur fortunae donis et muneribus factum est, ut illa operis mei pars post paucos menses novanda esset et corrigenda. nunc quoniam tot accessere subsidia, etiam Reinachi Gevaertique curis multa rectius intellegere et iudicare didicimus, facere non potui quin carminum et melodiarum formam multo meliorem doctorum usui offerrem.

Melodiam autem, quam prae se fert Athan. Kircher ad Pindari carmen Pythicum 1 (in musurgia I 541) non recepi. nam cum codex ille monasterii *S. Salvadore* prope Messinam siti, unde modos Kircher se sumpsisse simulat, nusquam reperiatur, ad scribendos autem sonos duo notarum ordines adhibiti sint, ut tum canentium videantur notae, tum psallentium, — cantum istum puto ingenio Kircheri confictum.

Digitized by Google

1. Ex Euripidis Oreste.

Stasimum I.

v. 330 ss.

Hoc cantici fragmentum ex papyris Raineri archiducis Austriaci edidit Carolus Wessely.[1] diligentissime examinavit Otto Crusius, qui puncta maculasque et quidquid in phototypi tabula oculorum vel instrumentorum acie detegi poterat, accurate perscrutatus (v. Philologum LII 1893 p. 174), inspecto papyro lectiones certissime constituit (ib. 208). signa igitur syllabae producendae punctaque percussionis illo auctore hic habes scripta. et dochmiorum primae syllabae quod ictu saepe notatae sint, miraberis fortasse, sed nititur res auctoritate papyri et affirmare videtur id quod Christ in arte metrica ed. II p. 435 et 449 de dochmiorum natura statuit.

Notae huius cantici cum exstarent omnes in eo ordine, quem Aristides Quintilianus I 9 p. 22 a veteribus ait adhibitum esse ad cantus phrygios, nemini aliquando dubium videbatur quin ad phrygiam harmoniam hoc melos esset revocandum. Monro[2] quidem cum ostenderet principes sonos esse barypycnos illos, cum **Z** tum **C**, doriam statuit esse carminis harmoniam. et gravioribus argumentis nixus ad eandem nos sententiam perduxit Gevaert.[3] is enim

---

1 Mitteilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer. V. Vindobonae 1892.

2 D. B. Monro, the modes of ancient greek musik. Oxford 1894. p. 93.

3 Frid. Aug. Gevaert, la mélopée antique dans le chant de l'église latine. Gand 1895. appendice p. 388.

Digitized by Google

enarmonii generis minima intervalla a nullo unquam choreuta cani potuisse nobis facile persuasit. Aristide igitur misso, quem de enarmonio cantu agere apparet, signa intellegi iubet generis chromatici, hoc enim Agathonem in tragoediarum usum induxisse.[1] chori autem tragici cum cecinerint aut dorio modo aut mixolydio[2], doriam ille harmoniam huic stasimo suo iure vindicat. multo autem minus constat de iis signis, quae inter contextus verba vides inserta. et Z quidem illo saepius in mediis lineis inscripto nihil nisi versuum finem notari adhuc contendo; an sonum significabit a doria harmonia alienum? terna deinde signa inscripta sunt in pedibus 9 et 10. quorum primo signo notari dicunt pausam cantorum et initium diaulii, altero et tertio sonos describi tibiae edendos. et ita transscripsi sonos istos, quamquam mirari non desino, quod auleta interrumpat medium sermonem et medium dochmium, quodque ad crusin istam adhibeantur soni oxypycni ad harmoniam firmandam minime apti. Williams[3] quidem exitum modo longioris diaulii his signis existimat indicari, quo facilius suum choreutae sonum reperiant. nec tamen minuitur difficultas, nec quaerentibus nobis, cur inter haec verba itemque inter ea, quae in ipsa stropha v. 327 legamus, et orationis et metri cursus plus quam semel rumpatur, certi quidquam respondetur.

---

1 Plutarchi quaest. conviv. III 1, 1.

2 Aristoxenus apud Plutarchum de musica 16. (Aristot. probl. 19, 48, supra p. 108).

3 Classical Review VIII (1894) 313.

Digitized by Google

Canticum
Ex Orestis

1 Π̇ΡC Ρ· Φ Π
κατολοφύρομαι ⸢ *ματέρος αἷμα σᾶς*

3 Z Ι· Z Ε
ὅ σ' ἀναβακχεύει ⸢ *ὁ μέγας ὄλβος οὐ*

5 Π̇ Π Ρ C Ι· Z
μόνιμος ἐμ βροτοῖς ⸢ *ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς*

7 CṖΠ CΡ ⸢ Φ·C
τις ἀκάτου θοᾶς *τινάξας δαίμων*

9 ⟨Φ·⟩ΠΡΠ̇, Ż Ι· Z
κατέκλυσεν ϽΓϽ *δεινῶν πόνων* ϽΓϽ *ὠως πόντου*

11 ⟨Ρ⟩· C: Ρ Ι
λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν.

In pede 3 super *βακ* Ws et Cr Z construxerunt e sola infima linea. in *τινάξας* p. 8 post C Cr vidisse sibi videtur signum quoddam rhythmi \. p. 9 super *κατ*: Φ aut ω Cr, V vel Δ Ws. ante *δεινῶν* super Ϗ vidit Cr. lineam I. idem super *δ*(*εινῶν*) detexit maculas nigras (Ρ?). p. 11 Ρ incertum;

Digitized by Google

Euripidis.

stasimo I. v. 330ss.



---

postea e puncto construxit C Cr. p. 12 super ἐν construxit Γ Ws, ʅ Cr, ⅂ Torr, Interpretation of greek music. p. 23. In lacunis explendis Gevaerti auctoritatem plerumque secutus sum (ped. 1. 9—12), pauca ipse supplevi (in p. 2. 8. 11).

Digitized by Google

2—3. De Apollinis hymnis.

Homolle et socii in effodiendis Delphorum parietinis cum ad thesaurum Atheniensium accessissent, permultos versus muris olim inscriptos notisque musicis signatos viderunt. et alterum quidem carmen recentiore signorum genere notatum Weil et Reinach in publicum ediderunt in Bulletino quod inscribitur *de correspondance hellénique* XVII (1893) 569 et tab. XXI. XXI[b]. atque inverso duorum lapidum ordine initium hymni fieri a verbis *⟨τὸν κιθαρί⟩σει κλυτὸν παῖδα* perperam statuebant. cum autem mutato lapidum ordine verum initium capi ab invocandis Musis Pomtow docuisset (in Museo Rhenano XLIX 1894, 584), illi viri docti una cum altero hymno priorem illum imprimendum curaverunt in eiusdem libri volumine XVIII 359. 389, tab. XXV ss. et nos cum hoc carmen musicis scriptoribus adnectendum curaremus, praeter partium perversum illum ordinem in alterum errorem inducti eramus a Cuvio. titulum enim in eodem aedificio effodiendo inventum, quo Cleochares Atheniensis propter carmina composita et docta honoribus ornaretur, Couve in Gallorum bulletino XVIII 91 ad horum hymnorum auctorem referebat. Cleochares vero cum laudatus sit tertio ante Christum saeculo cumque in alterius hymni exitu preces fiant de Romanorum imperio augendo, eiusdemque lapicidae manu uterque hymnus in muro sit inscriptus, apparet neutrum carmen in priscam illam aetatem revocari posse. poetarum igitur nomina nos nescire confitendum est. litterarum autem formae quoniam redeunt in iis legibus quae sacerdotum IX aetate in templi

Delphici muris incisas esse Pomtow statuit[1], utrumque hymnum acutissimus hic rerum Delphicarum existimator in thesauri muro inscriptum esse ait intra annos 125—105 a. Ch. nec multo ante carmina composita esse videntur et cantata.

Primam quidem partem prioris hymni facile videbis scriptam esse iis notis, quas Alypius tribuit tono phrygio ($^{b}{}_{b}{}^{b}$ supra p. 375). hypaten esse Φ, mesen Μ libenter concedes, ut hac nisus sonorum facultate nobiscum dicas:

ὑπ.		*μέση*			*νήτη*	*δζ.*
gas	(b)	c′	‖ d′es′	f′	g′	
sol_2		do_3			sol_3	

quae sonorum series cum eadem sit atque

ef (g) a | hc′ d′ e′:

doriam esse huius partis harmoniam ultro iudicabis. nec obstat sonus Λ = *des′*; nam ut in simplici Dorum scala exstat tetrachordum coniunctorum *ab c′ d′*, ita in hac $^{b}{}_{b}{}^{b}$ notatione legi necesse est *c′ des′ es′ f′*. sed haud ita lucida est partis mediae natura inde a pede 34. de sono quidem Ο = *h*, qui et a dorio et a propinquis harmoniis videtur alienissimus, quid statuendum sit, postea videbimus. plus valere videtur, quod in hac parte (usque ad pedem 62) exsistit sonus Β = *ges′* sive *sol*^{b}. alterum ideo in sono Γ apparet esse centrum, unde bifariam et in coniunctum tetrachordum (Β) et in disiunctum (Ͻ) melos discedat. qua re commotus Gevaert (in melopoeia p. 405) mesen huius partis statuit esse Γ = f, tonumque ait nunc esse hyperphrygium ($^{b}{}_{b}{}^{b}{}_{b}$ Alyp. p. 377 et 392). et facta est metabole quaedam in superius diatessaron (ut contraria huic eademque similis videatur illa metabole, qua in alterius hymni pede 36 transitur in diatessaron

1 Pomtow, Fasti delphici II 1 in Fleckeisen, Jahrbücher für Philologie CXLIX (1894) 669. Collitz, Dialect-Inschr. II 634.

gravius), clausulaeque supra factae ΜΦ (in pede 33) nunc respondet modus acutior ΓΜ (41 s). tamen manserunt e priore tono soni ΙΘ ab hyperphrygio alieni, ut non plane missum esse illum videamus, sed cum illo tono iam alterum esse coniunctum. genus autem chromaticum spissis litteris et sonis ΚΛΜ clare indicatur. quid autem sibi vult sonus Ο = *h* = *si* ♮ ? — nostrae quidem aetatis homines ubi in tono C molli $^{b}_{b}{}^{b}$ canentes versantur, in finalem sonum *c* a gravioribus nunquam escendunt nisi per illum sonum qui exstincto *b* scribitur ♮ vel *h*. et Gallorum pueri, cum ad instrumentorum usum digitos exercent, escendere solent et descendere scala *g as h c*. magnique aliquid Gevaert invenisse sibi videtur, quod cum illo usu comparat hunc sonum Ο (melop. p. 399). nos nec triades illas *G h d*, *C es g* quidquam ad veteres pertinere convicti nec in melodiarum viis vel clausularum legibus quidquam inter nos et illos convenire credentes sagacitate ista rem expediri negamus. recenti more vel usu hic eo minus proficitur, quod in genere veterum versamur chromatico (erat qui praeferret enarmonium[1]) sonusque ille Ο fere semper nobis occurrit in semitoniorum catena. interdum ibi nectuntur litterae ΚΛΜ (in pedibus 46. 55), quae ut sequuntur legem quam de pycno notando Fortlage constituit (*das musikalische System der Griechen in seiner Urgestalt.* 1847. S. 64), ita aptantur ad stabilem sonum barypycnumque Μ et ad mobiles duos. iustum igitur hoc et verum chromatis genus. ille vero Ο a litterarum continua serie non minus alienus est quam a sonorum solito ordine. hic autem usus non solum ab Aristoxeni praeceptis abhorret, sed — quod maius est — etiam ab eorum legibus, qui sonos et tonos notis discribendos curaverant iusserantque semitoniorum continuos sonos notari signis continuis (ΚΛΜ). huius soni inquilini certam

1 Reimann in Allgemeine Musikzeitung (Berol.) 1894. 584. et mirum esse usum litterae I, cuius sonus in genere chromatico a Κ non sit diversus, nobis concedendum est.

rationem reddere non possumus. id constat, tetrachordi medii iustum lichanon Π toto hymno omitti (nunquam vides sonum *b* vel *si*^{b}), ut carminis scala proxime accedat ad trichordi enarmonii generis usum, quem describit Aristoxenus apud Plutarchum de musica 11. chordam autem quae illo modo vacabat artis novatores — Timotheum dices vel Philoxenum — ad alium sonum edendum videntur traduxisse. ita suscepto illo O = *h* (*si* ♮) nova parata sunt generis chromatici oblectamenta; licebat enim variare usum pycnorum ΚΛΜ et ΛΜΟ, denique crescente licentia coniungi potuerunt tria semitonia ΚΛΜΟ, id quod huius hymni poeta facere non dubitavit.

In tertia hymni parte (inde a pede 63) et si qua est quarta (quam statuunt a p. 105) melos vides ad usum primae partis reverti. spissa quidem illa abierunt neque intra Μ et Ʊ alii soni intercedunt nisi diatonici. ne Λ quidem illud e synemmenis petitum iam invenitur. in acutissimorum autem sonorum regione nunc deprehendis pycnum Ʊhϗ ut in mixto aliquo genere versari tibi videaris.

Hi autem soni acutissimi cum cani non potuerint a choreutis, hunc hymnum esse apparet cantoris unius. et citharoedi cum cecinisse dicantur voce acutissima (Galenus de locis affectis 4, 13) nomorumque *τόπος* tradatur fuisse *νητοειδής* (Ar. Qu. I 12 p. 30), non dubito quin citharoedi hunc esse nomum dicam. hoc omnibus iri probatum eo magis spero, quod abest antistropharum responsio. vocabulorum autem accentus in his hymnis canendis adeo observantur, ut quae syllaba in oratione acute pronuntietur, ea et in cantu acutiore sono efferatur.

Verborum quae in lapide non leguntur plurima supplevit Weil, nonnulla substitui inventa a Crusio et proposita in Philologo LIII (1894) inde a p. 29.

. . . . *Ἀθηναῖος.*

4

. . . *ἄριστον θεόν, ὃς* . . .

6 8

Ι Μ Υ Μ

Κέκλυθ', Ἑλικῶνα βαθύδενδρον αἳ λάχετε

10 12

Θ Ι Μ Ι Μ Υ Μ

Διὸς ἐριβρόμουου θύγατρες εὐώλενοι.

14 16

Θ Θ Ι Μ Ι Μ Υ Μ Υ Μ

Μόλετε, συνόμαιμον ἵνα Φοιοῖβον ὠιδαεῖσι μέλ-

18 20

F Φ Υ F Θ ℧ ℏ ℧ Θ ℧

ψητε χρυσεοκόμαν. Ὅς ἀνὰ δικόρυνβα Παρ-

22 24

Θ Μ Θ Ι Μ Υ Υ Μ Υ

νασσίδος ταᾶσδε πετέρας ἕδραν ἅμ' ἀγακλυταιεῖς

26 28

Μ Ι Θ Ι Θ Γ ℧ ℏ Γ ℧ ℏ ℧ Θ Γ

Δελφίσιν Κασταλίδος εὐύδρου νάματ' ἐπι-

ἄριστον Cr(usius) p. 39. initium carminis R(einach)[2] proponit hoc: *Δεῦτ' ἄγ' ὑμνῶμεν ὦ τὸν μέγιστον θεόν. ὁ δ' ἀδύπνους ἐσμός, Ἑλικῶνα κτλ.* 6 *Κέκλυθ'* Cr. 7 super

Atheniensis in Apollinem.



ϑυ notam Θ videre sibi videbatur Cr. 12 super λε notam c RG. 22 ταᾶσδε vocalem repetitam Gev. 459 revocat ad morem quendam canendi quem *aspirato* dicant.

30 32
Λ Μ Υ ΜΙ ΘΙΜ

νίσσεται, Δελφὸν ἀνὰ πρωῶνα μαντειεῖον

Φ

ἐφέπων πάγον.

34 36
Γ ℧ ℏ ℧ Κ

Ἦν κλυτὰ μεγαλόπολις Ἀθθὶς εὐχαιεῖσι,

38 40
Λ Μ Ο Κ ΛΚ Γ ℧ ℏ ℧ Θ Γ

φερόπλοιο ναίουσα Τριτωνίδος ὅάπεδον ἄ-

42 44
Μ Γ Β Γ Λ Κ Γ Ο Μ Γ Κ Μ ΛΚ

θρανστον. ἁγίοις δὲ βωμοιοῖσιν Ἄφαιστος αιεἴ-

46 48
Λ Μ ΛΜ Ο Κ Λ Γ Μ ℧ Θ

θει νέων μῆρα ταούρων, ὁμονοῦ δέ νιν Ἄραψ

50 52
Ι Θ Γ Θ Υ ΟΜΛ Μ Ο Υ Ο

ἀτμὸς ἐς Ὄλυμπον ἀνακίδναται. λιγὺ δὲ λω-

---

34 Ἦν W(eil)² 360, παρ' Cr. In pede 44 dubito sitne recte

νίσ-σε-ται, Δελφὸν ἀ-νὰ πρωῶνα μααν-τειεῖ-ον

ἐ-φέ-πων πά-γον.

Ἦν κλυτὰ με-γα-λό-πο-λις Ἀθθὶς εὐ-χαιεῖ-σι,

φε-ρό-πλοιο ναί-ου-σα Τριτωω-νίδος δάπεδον ἄ-

θραυστον. ἀ-γί-οις δὲ βωμοιοῖσιν Ἄ-φαιστος αιεἴ-



θει νέ-ων μῆ-ρα ταούρων, ὁμονοῦ δέ νιν Ἄ-ραψ



ἀτμὸς ἐς Ὀλύμπον ἀ-να-κίδναται. λι-γὺ δὲ λω-

---

scripta nota O (= *h*), an scribenda Θ (= *es*). 50 Ὄλ.] lapis Ὄλόμπον.

54 56
Μ ΛΜ ΛΚΛΜ ΜΥΟ ΜΛ Μ

τοὸς βρέμων αεἰόλοιοις μέλεσιν ὠιδαὰν κρέκει·

60 62
Γ Λ ΚΓ Μ Κ ΛΜΟΥΟΜΛ ΜΟ

χρυσέα δ' ἀδύθρους κίθαρις ὕμνοισιν ἀναμέλπεται.

64
Φ Ʊ ɦΓ Ʊ Θ Γ ɦ Ʊ

Ο δὲ τεχνιτωῶν πρόπας ἑσμὸς Ἀθθίδα λαχὼν

68 70
Θ Γ ɦ Ʊ ɦ Ι

τὸν κιθαρίσει κλυτὸν παῖδα μεγάλου Διὸς ὑμ-

72 74
ΙΘ Γ Ʊ ɦ Ʊ ɦ Γ

νειεῖ. σύ γε παρ' ἀκρονιφῆ τόνδε πάγον ἀαμβρότων

76 78
ɦ Ʊ ɦ Γ Ʊ Γ

ἐκ μυχῶων πᾶσι θνατοιοῖς προφαίνειεις ἔπεα.

80 82
ΜΥΜ ΙΜΙ Θ ΓΘ ɦ

τρίποδα μαντειεῖον ὡς ειεἶλες, ἐχθρὸς ὃν ἐφρονού-

---

63 *τεχνιτωῶν* W² 361. 67 70 sonos ipse supplevi. 70 71 Jan *Διός, ὃς αἴσιμα παρ'* Cr., *Διός, ὑμνοῦσί σε παρ'* W². 74 *ἀ. ἐκ μ.* Cr., *ἀαμβροτ' ἀψενδέ'* ὃς W², sonos J. 77 ⅄ R², (an Λ?



τοὸς βρέμων αειόλοιοις μέλε-σιν ὠιδαὰν κρέκει·

χρυσέα δ' ἀδύθρους κίθαρις ὕμνοισιν ἀ-ναμέλπεται.

Ὁ δὲ τεχνιτωῦν πρόπας ἐσμὸς Ἀθ-θίδα λαχὼν

τὸν κι-θα-ρί-σει κλυτὸν παῖ-δα με-γά-λου Δι-ὸς ὑμ-

νειῖ. σύ γε παρ' ἀκρονιφῆ τόν-δε πά-γον ααμβρότων

ἐκ μυ-χῶων πᾶ-σι θνατοιοῖς προφαίνειεις ἔ-πε-α.

τρίποδα μαν-τειεῖον ὡς ειεῖ-λες, ἐχ-θρὸς ὃν ἐφρουού-

R² 389). 78 ἔπεα W², λόγια W¹, σε κελαδήσομεν Cr. sonos J. 81 s. sonos J.

84
ΓU ⏑U ΦU IO Γ

ρειει δράκων, ὅτε τε-οιοῖσι βέλεσιν ἔτρησας αἰ-

88 90
⏑ U – I

όλον ἑλικτὰν φυάν· ἔσθ' ὁ θὴρ συχνὰ συν-

92 94
Θ M IΘΓ ⏑

ρίγμαθ' ἱεὶς ἀθώπευτ' ἀπέπνευσ' δμῶς.

96 100
U ⏑ * ⏑ U IΘΓ(Φ)

πρῶν δὲ Γαλαταᾶν Ἄρης ..... ν ἐπέραασ' ἄσεπτος ...

105 110
U ⏑ Γ U ⏑

Ἀλλ' ἰὼ γεένναν ..... ν θάλος φιλόχορον

113 117
⏑ Γ U ⏑ U

... ε δαάμοιο λο ..... ρων ἔφορ ....

121 125
* U

τεον κ.. εναι κ ...

Loca incerta.

U (Θ)Γ UΦ

Fr. 2. *οστ* Fr. 3. *... ιναο.. εν ...*

---

85 IOΓ sustentat R, IΘΓ volebam ego (*d es f*). 89 93 ss.



Fr. 2. ..οστ.. Fr. 3. ι-να-ο .... εν...

verba suppl. Cr., sonos J. 101 Φ an ⅄ ?

3.

De altero hymno Atheniensi in Apollinem.

Hymni huius, quem ediderunt Weil et Reinach in libro q. i. *Bulletin de correspondance hellénique* XVIII (1894) p. 345, melos scriptum est antiquo illo notarum genere, quod instrumentorum vel cruseos fuisse Gaudentius et Aristides perperam affirmant. Primae quidem partis et nonae et decimae signa deprompta esse apparet ex illo tono lydio, quem Alypius enumerat p. 369 et cui e nostris notis non *h* vel ♮ convenit, sed *b*. harum partium mesen et hypaten et neten facile agnosces. est enim:

hypate	mese	nete
C	<	↳
$a = la_2$	$d' = re_3$	$a' = la_3$

nec miraberis, quod inde a < bifariam melos discedit in tetrachordum aut coniunctum aut disiunctum. harmoniam autem

ab (c′) d′ e′ f′ g′ a′
ef (g) a hc′ d′ e′

eandem esse doriam, in qua prior hymnus versabatur, nemo non videt. lichanos ut inde afuit, ita hinc abest. in partibus IV et VII signa C ↄ Ↄ chromaticum genus aperte ostendunt; modus idem esse videtur atque in I IX X.

Reliquarum vero partium dicere, qui sit modus, diffi-

cillimum est. notis iam utitur poeta hypolydiis (Al. p. 370), quas nos sine ♯ vel *b* simplicissimis signis transscribimus. harmonia etiam transiisse videtur in gravius diatessaron; saepe enim canitur Γ = *e*. harmoniam igitur haud scio an statuam hanc:

Γ C ⊏
e f (g) a h c′ d′ e′
hyp. mese nete,

quae generis sit dorii. at hoc qui statuit, eum concedere oportet mesen, quem sonum principem esse dicunt omnis melodiae, ex his partibus deesse. simplicem igitur et primam dorii toni speciem hic statuant alii, qui mesae auctoritatem et veteris lyrae harmoniam (*e a e′*) nihil curent. id autem de his partibus certe constat, plurimum iam valere sonum ⊏ = e′, in quem formula usae < ⊏ ⊔ ⊏ = *d′ e′ f′ e′* et secunda et tertia hymni pars exeunt (cf. ped. 42. 57. 84. 98 ss. 104. 109. 130). huius soni dignitas augetur addito sono Γ, qui ab illo distat diapason (vide p. 36. 45 et exitus illos 93. 101. 110). C autem (a) cum in his partibus vix semel vel iterum scriptum videamus ac ne ibi quidem clare expressum (p. 96. 108), contra K = h saepe legamus, primarios harum partium sonos apparet esse

Γ K ⊏ = e h e′.

quoniam autem his locis a doria harmonia non longe absumus — id enim quicunque de hac re investigavit ultro concedit, et dorii generis apparet esse tetrachordum *hc′ d′ e′*, — similis quaedam doriae harmonia erit statuenda. Reinach quidem de quindecim tonorum circulo cogitans mixolydium modum huc revocari posse opinabatur, quem tamen illius harmoniae descriptionibus perterritus agnoscere noluit. sed de harmonia sive diapason specie cum hic agatur, misso Alypi circulo quae sit huius diapason natura inquiramus. (res absolvitur infra in pag. 34).

3. Hymnus

I.

....Ἴτ' ἐπὶ τηλέσκοπον ταᾶνδε Παρνασιᾶν

ὀφρύων δικόρυφον κλειειτὺν, ὕμνωων κατάρ-



χετε δ' ἐμῶν, Πιερίδες, αἳ νιφοβόλους πέτρας

ναίεθ' Ἑλικωνίδας. Μέλπετε δὲ Πύθιον

χρυσεοχαίταν ἕκατον εὐλύραν, Φοῖβον, ὃν ἔ-



τικτε Λατὼ μάκαιρα παρὰ λίμνᾳ κλυτᾷ, χερσὶ γλαυ-

καᾶς ἐλαίας θιγουοῦσ' ὄζον ἐν ἀγωνίαις ἐριθαλῆ.

Verborum antecedentium reliquias habes in *Bulletin de corr.* XVII 606. Lapidis et contextus formam vide in illius libri XVIII tab. XII[bis]. Notas incertas uncinis inclusi. Pedis

Atheniensis in Apollinem.

I.



6—14 notas dedit J. 15 R. 18 J. 19—24 R. 28 Gevaert in libro de melopoeia pag. 455. 33—40 J.

II.

Παᾶς δὲ γάθησε πόλος οὐράνιος ἀνέφελος



ἀγλαός, νηνέμους δ' ἔσχεν αἰθηὴρ ἀελ-

λωῶν ταχυπετεῖς δρόμους, λῆξε δὲ βαρύβρομον

Νηηρέως ζαμενὲς οεῖδμ' ἠδὲ μέγας Ὠκεανός,

ὃς πέριξ γαᾶν ὑγραεῖς ἀγκάλαις ἀάμπέχει.

III.

Τότε λιπὼγ Κυυνθίαν ναᾶσον ἐπέ-βα θεὸς πρωτόκαρ-

πογ κλυτὰν Ἀτθίδ' ἐπὶ γαλόφῳ πρωῶνι Τριτωωνίδος.

36 sonos J. incipiunt a sono C (*a*) RG. 41 ultima nota Γ = *e* per errorem scripta videtur, R pag. 383, ⊐ RGJ.

II.

Πᾶς δὲ γά-θησε πόλος οὐρά-νι-ος ἀ-νέ-φε-λος



ἀ - γλα-ός, νη - νέ-μους δ' ἔσχεν αἰ-θηὴρ ἀ - ελ-



λωῶν τα - χυ - πε-τεῖς δρόμους, λῆξε δὲ βαρύ-βρομον

Νηη-ρέ-ως ξα-μενὲς οεῖδμ' ἠ-δὲ μέ-γας Ὠ - κε - α-νός,



ὃς πέριξ γαῖαν ὑ-γραεῖς ἀγ-κάλαις ἀάμ-πέ-χει.

III.



Τότε λιπὼν Κυννθίαν ναᾶσον ἐπέ-βα θεὸς πρωτόκαρ-

πογκλυτὰν Ἀτθίδ' ἐπὶ γαλό-φῳ πρωῶνι Τριτωω-νίδος.

---

43 R. 44 G. 45—50 R. 53. 59 J. 63 G.

IV.

μελί-πνοον δὲ λίβυς αὐδὰγ χέων λωωτὸς ἀνέ-



μελπεν ἀ-δειεῖαν ὅπα μειγνύμενος αιείόλοις

κιθάριος μέλεσιν. ἅμα δ' ἴαχεμ πετρο-

κατοίκητος ἀχὼ Παιὰν ἰ-ὲ Παι-άν.

V.

δ δὲ γέγαθ', ὅτι νόῳ δεξάμενος ἀάμβρόταν

Διὸς ἐπέγνω φρέν'· ἀνθ' ὧν ἐκείνας ἀπ' ἀρ-

χᾶς Παιήονα κικλήσκομεν ἅπας λαὸς αὐ-

69—79 R. 80 G. 81 R². (iterum ediderunt Reinach

IV.



μελίπνοον δὲ λίβυς αὐδὰγ χέων λωω-τὸς ἀ-νέ-



μελ-πεν ἀ-δειεῖαν ὅ-πα μειγνύ-με-νος αἰει-ό-λοις



κι-θά-ρι-ος μέ-λε-σιν. ἅμα δ' ἵ-α-χεμ πετρο-

κα-τοί-κη-τος ἀ-χὼ Παι-ὰν ἰ-ὲ Παι-άν.

V.

ὁ δὲ γέγαθ' ὅ-τι νόῳ δεξά-μενος ἀάμβρόταν

Δι-ὸς ἐ-πέγνω φρέν' · ἀνθ' ὧν ἐ-κεί-νας ἀπ' ἀρ-

χᾶς Παιή-ον-α κι-κλήσκο-μεν ἅ-πας λα-ὸς αὐ-

---

et Boëllmann, Par. 1897.) 85 G. 86 J. 91 s. G.

94 96
(⊏) Γ ⌅ ⊏ ⌅ K L (C) ⌅
τοχθόνων ἠδὲ Βάκχου μέγας θυρσοπλὴξ ἐσμὸς ἱε-

98 100
< ⊏ ⊔⊏ ⊔(⊏) ⊏ ⊔ ⊏ Γ
ρὸς τεχνιτωῦν ἔνοι-κοος πόλει Κεκροπίᾳ.

VI.

102 104
(⊏) ⊏ <⊏ ⊔ ⊏
Ἀλλὰ χρηησμῳδὸν ὃς ἔχειεις τρίποδα,

106
(⊔) ⊏ (⊔)
βαῖν' ἐπὶ θεοστιβέα ταάνδε Παρ-

108 110
(ΓC) ⊏ ⊔< ⊏ Γ
ναασσίαν δειράδα φιλένθεον.

VII.

112 114
(C)< V V(<) ↄ ⊃ C
Ἀμφὶ πλόκαμον σὺ δ' οἰνωῶπα δάφνας κλάδον

116 118
⊏C ⊃ ⊦C⊃ C
πλεξάμενος ἀάπλέτουνς θεμελίους τ' ἀάμβρότᾳ

120 122
⊦ ↄ ⊃ C (C⊦)
χειρὶ σύ-ρων ἄναξ Γᾶς πελώρῳ περιπιτνεῖς κόρᾳ.

97—100 R. 99 ult. notam R legerat ⊦, praefert ipse p. 383 ⊏, ⊏ aut K G. 102 s. G. 105 ⊔ susp. R, L admitti non potest. 106 s. J. 111 G. 112 R. 117 R¹,



VI.



VII.



· *d e f e* GR². 121 *γᾶς πελ. περ.* R², idemque hos fere sonos supplevit. extremam notam F clare videre ille sibi videbatur, nos tamen cum G dubitamus potueritne pars in istum sonum exire.

VIII.

124 126

(Γ)⊏ ⊔

Ἀλλὰ Λαατοῦς ἐρατογλέφαρε παῖ, μείγας

128 130

⊀ (⊏)⊀ ⊔ ⊔ < ⊏

ἀνυπόστατομ παῖδα Γαᾶς τ' ἔπεφνες ἰοῖς

multa fortasse desunt

138 139 140

⊔ ⊏ ⊔ <(⊏)

πόθον ἔσχε ματρὸς . . . .

(IX?)

144 148 149

⊔C ⊏⊔ C C (⊏)⊔ < ⊏ ⊔

. . . . . ηρα κατε-κτ . . . ος . . . . . συύριγμ' ἀπ' εὐ-

154 155

(⊏) (< ⊏ Γ) ⋎

νωῶν . . . . . ἐφρούρειεις δὲ Γαᾶς . . . .

158 160 162

⌶ ⋎ ⊬ ⋎ ⊔ ⌶ ⋎ ⊬

ὁ βάρβαρος ἄρης, ὅτε τεὸμ μαντόσυνον οὐ σεβί-

164 166

(<)⊔ ⊏ ⊔⌶ ⊔ ⌶ ⊬⋎

ζων ἕδος πολυκυθὲς ληζόμενος ὤλεθ' ὑγρᾷ χιόνος ἐν ζάλᾳ.

---

126 J. 129 s. G. in pede 131 lapis finitur.

A pede 133 incipit alter lapis (D), cuius formam vide in Bull. XVIII, tab. XII. leguntur pedis 133 litterae . . . *ν λιμὴν*

VIII.



(IX?)





ιθι . . . ινο. et inscriptae fortasse fuerunt syllabae *λιμ* ≺ = *d′*, et syll. *ιθ* ⊔ = *f′*. haec sequitur tribus pedibus amissis pes 138.

X.

2
⏑ ⊏ ⏑ ⊏ ⏑ <
Ἀλλ' ὦ Φοῖβε, σῷζε θεό-κτιστον Παλλάδος

3
⏑ <⊏
ἄστυ καὶ λαὸν κλεινὸν, σύν τε θεὰ

4 5
⏑ < ⏑ <V
τόξων δέσποτι Κρησίων κυνῶν τ' Ἄρτεμις,

6 7
C ⏑ < V <
ἠδὲ Λα-τὼ κυδίστα, καὶ ναέτας Δελφῶν τημε-

8 9
C < ⏑ C
λεῖθ' ἅμα τέκ-νοις συμβίοις δώμασιν ἀ-

10
⏑ ⏑ ⊏ IV
πταίστους, Βάκχου θ' ἱερονίκαισιν εὐμενεῖς μόλετε

11 12
< ⏑ < < ⏑
προς-πόλοισι, τάν τε δορί-στεπτον κάρτεϊ Ῥωμαίων

13 14
C ⏑ F ⏑ C < ⏑ C
ἀρχὰν αὔξετ' ἀγη-ράτῳ θάλλουσαν φερε-νίκαν.

Sonos plurimos supplevit Reinach, in pedibus tamen 5. 9. 10 praetuli lectiones Gevaerti.

X.



Ubicumque pro trochaeo poeta posuit spondeum (ἀλλ' ὦ), iustum ego metrum ⏑ – transscripsi; qui canunt, ii moras pru-

Doria autem aliqua si est haec harmonia nec tamen ita composita, ut (sicut in vetere lyra *e a e′*) diatessaron sit in gravibus, diapente in acutis, vide sitne ea doria species, cuius graviores soni faciant diapente, acutiores diatessaron (e h e′), sitque haec harmoniae structura

(a) hc′ d′ **e′**f′ (g′) a′.

et tetrachordon *h—e* certe fundamentum est sonorum qui canuntur in partibus II III V VI VIII, escendit vox saepe in *f*, semel in *a′* (p. 62). *g* autem, qui sonus munere fungeretur lichani, semper evitatur. harmoniam igitur continent haec quae exscripsi tetrachorda atque eam habes dorii modi speciem, quae incipiat a diapente a—e′, exeat in diatessaron *c′—a′*. et subdoriam vel semidoriam eam esse qui concessit, is iam nimis dubitare non potest quin dicat hypodoriam. iam quae huius diapason dicenda sit mese, non quaero. secundaria enim est species, de qua cum nihil fere doceant Aristoxeni, singula subtilius inquirere parum proderit.

Universum autem huius hymni melos cum simplicissimum sit et paucorum sonorum formulas ad maiorum exempla poeta expressisse videatur, nomum hunc esse citharoedi facilius et certius quam in priore hymno puto tibi persuadebis. quoniam autem toties incisum est melos, plures partes quam Terpandri illas a Polluce IV 66 enumeratas nulla difficultate elicias.

---

denter moderentur. et quamvis dactylos cyclicos oderint ii qui hodie metra docent, nos musici facere non possumus quin quaternas moras scriptas esse dicamus pro ternis.

4. Sicili epitaphium.

Hoc carmen in columna inscriptum invenit W. M. Ramsay Aidini prope Tralles in Asia minore et cum aliis inscriptionibus imprimendum curavit in *Bulletin de correspondance hellénique* VII (1883) 277. musicis autem signis hanc neniam ornatam esse diu homines doctos fugit, nec Wessely, qui 1889 invenisse videtur, statim proclamavit. anno demum 1891 Crusius in Philologo L 169 notas musicas se suspicari dixit et paulo post Wessely in annalibus gymnasii III Vindobonensis 1891 p. 16 singula tractavit. denique Crusius in Philologo LII (1893) cum de cantico Orestis ageret, hanc etiam melodiam et signa rhythmica accuratissime examinavit.

De metro autem huius carminis, de punctorum vi et ictus vel θέσεως sedibus est quod dubites. pedes quidem vides esse iambos, et dipodiarum pedes priores quia punctis carent, alteri pedes punctis signantur, non priorum partium ictus esse dices potiores, sed alterius cuiusque, ut in singulis dipodiis toni vis ascendat. sed qui fit ut in pedibus 6. 10. 14 punctis notentur syllabae correptae? de hac re viri docti dissentiunt. sunt enim[1] qui dicant, sicuti ionicorum anaclasi in aliam syllabam accentus transferatur et ⏑–⏑–⏑–– ponatur pro ⏑––⏑––, ita hic per syncopen quandam longae syllabae accentum promoveri in brevem

1 Crusius in Philologo LII 167. Ph. Spitta, *Vierteljahrschrift für Musikwissenschaft.* 1894, 103. Th. Reinach aliam olim sententiam secutus postea huic sententiae accessit in *Bulletin de corr.* XVIII 365.

